

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8580

**Auteur(s) :** Gosselin Crispin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1138-1200]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gosselin Crispin ratifie la donation de 10 acres de terre faite par Eudes, fils de Tourbitin Pance à l'abbaye de Mortemer et confirme la donation de 10 acres de terre faite par Baudouin du Pont à l'abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Gallagher Philip Francis, *The Monastery of Mortemer en Lyons in the Twelfth Century, its History and its Cartulary*, Thèse, University of Notre-Dame, Indiana, 1970, 375 p. (dactyl.), « The Cartulary of Mortemer – B. N. MS. Latin 18369 », Act 85, p. 251-252.

## Dissertation critique

Gosselin Crispin est auteur de la donation datant de 1142-1168 (GALLAGHER, *Monastery of Mortemer*, Act 116). Ce nom est évoqué un des bienfaiteurs notamment sous les abbatiats d'Amdam (1138-1154) et de Guillaume (1179-1202) (Ibid., p. 169, 181). Il atteste un acte de 1150-1190 aussi (Ibid., 71).

Texte d'après a

[I]n nomine sancte et individue Trinitatis. Goscelinus Crispinus universis sancte ecclesie fidelibus et presentibus et futuris in perpetuum. Omnibus vobis notum fieri volumus quod Odo filius Turbitini Pance, concedente uxore sua et liberis suis, concedente quoque Roberto fratre suo cum uxore sua et liberis suis, dedit Deo et sancte Marie ecclesie de Mortuomari in elemosinam perpetuam sub censu V minarum frumenti singulis annis ad mensuram fratrum .X. acras terre, accipiens de caritate ecclesie XVI libras. Quam terram ipse Odo et Robertus frater eius obtulerunt super altare, affidantes quod eam ad opus ecclesie contra omnes homines tuebuntur et si hoc facere nequiverint, Odo escabium dabit fratribus ad placitum eorum. De hoc fideiussores sunt : Hugo de Plaiseio, Walterus de Lisors, predictus Robertus Pance, Robertus Pinel. Hii fideiussores sunt ita quod si Odo se pro eis iusticiare noluerit, ipsi de propria terra sua ecclesie satisfacient unusquisque pro parte sua. Testes sunt hii quatutuor (sic) quos prenominavimus et Radulfus Walopin, Richerus de Opineis, Godefridus de Sancto Wandregisilo, Anselmus Anglicus et Willelmus frater eius et Willelmus de Wipilleres. Sed et Balduinus de Ponte eadem die prefate ecclesie dedit in elemosinam perpetuam X acras terre sub censu IIII minarum frumenti singulis annis ad mensuram fratrum, accipiens de caritate ecclesie VII libras, Theobaldo filio suo hoc totum concedente cum ceteris liberis suis necnon et Gilleberto de Bigars cum uxore sua et liberis suis et Hugone de Lalunde de cuius feodo terra ipsa est. Hanc terram obtulerunt super altare ipse Balduinus et Theobaldus filius eius, affidantes quod eam ad opus fratrum contra omnes homines tuebuntur et si hoc facere nequiverint, concambium fratribus dabunt ad placitum eorum. Hinc fideiussores sunt : Radulfus de Ponte, Odo de Ponte, Godefridus filius Rosce, Gaufridus et Radulfus filii Radulfi

prepositi. Testes : Hugo de Plasseio, Walterus de Lisors, Robertus Pinel, Robertus Pance et ceteri testes quos superius nominavimus. Quod totum et ego concedo et presentis carte testimonio et sigilli mei impressione confirmo, concedentibus Isabel uxore mea et filiis meis Willelmo atque Roberto. Testes : Engelrannus sacerdos de Strepini, Eustachius de Salcei, Iohannes de Gisors, Odo de Cahantis.